



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-372987-p0002-6

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-372987-p0003-2

DFG



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-372987-p0004-7

DFG

1693.

17. Muellerus, Iosephus Facetus: *De jure faciali*, occasio
ne libri Gratiani III c. 3 b. 5 et seqq.

18. Muellerus, Petrus, Decanus Collegii iuris' lectoris'.
s. o. (ad Disputationem in aug. Christiani Gottfriedi
Langii invitatus).

19. Muellerus, Petrus, Collegii iuris' . . . decanus lectoris'.
s. o. (ad Disputationem Daniellis Eusebii Taceri
invitatus)

20^o =⁸ Muellerus, Petrus: *Recausis dubiis* . . . 2 Scupt.

1693 - 1705.

21. Muellerus, Petrus: *De vario jure*.

22. Muellerus, Petrus: *De fusto domestico*.

23. Muellerus, Petrus: *De providentia majorum*.

24. Muellerus, Petrus: *De solutionibus*.

25. Muellerus, Petrus: *De affectionibus fendi propriis*

26^o =⁸ Muellerus, Petrus: *De culatione sacerditali* . . .

2 Scupt 1693 - 1750.

1693.

27. Schroeterus, Christianus : De hys renunciations

28. Schubartus, Georgius : De statu liberorum, dabis et
iustis.

29. Slovogius, Dr. Philippus, Culicij iuri'dici decanus : Programma . . . lectionis inaug. et 1. 20. C. de paenit. praemissum
(ad Disputationem inaug. Dr. Christiani Kummeli invitat.)

30 Slovogius, Dr. Philippus, Culicij iuri'dici . . . decanus :
Programma . . . lectionis inaug. praemissum / ad
Disputationem inaug. Horn. Dr. Christiani Uffelmanni
invitat.

31 " " Slovogius, Dr. Philippus : D. a mod' alis investiture reno-
vatione. Script. 1693 - 1742.

32. Slovogius, Dr. Philippus : De alienatione domus probita.

33. Wedelius, Georgius Walpurgius : De noctalopia.

34. W. Slovogius, Christianus : De aenigmatis legion. affl. 11.
C. de legib. Programma invitationalium / ad Disputationem
incipit. Invitacione Dr. h. Suerli von der Leye, Th. Christiani Schmid,
Franisci Henrici Matthiass, Joachini Walters invitat.)

1693.

35. Wildvogelius, Christianus, Collegii pris' Decanus :
de appetitus iuriis v. l. 29 84 mandat. programma
in augustali.

36. Wildvogel, Christianus : de decrevatis.

37a, b, c Wildvogel, Christianus : de jure embryonum.

38a. 1693, 1716 : 1735.

38. Wildvogel, Christianus : de protectionis censu





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-372987-p0008-0

DFG

13937
CHRISTIANI VVILDVOGELII, IC.

CONSILIARIUS SAXO - VINAR. AVLICI,
IN ACADEMIA IENENSI ANTECESSORIS,
ET COLLEGII IVRIDICI DECANI

DE

22
1693, 35

APICIBVS IVRIS

ad L. XXIX. §. 4. Mandat.

PROGRAMMA INAVGVRALE

PVBL.

CAL. OCT. AN. M DC XCIII.



Litteris NISIANIS.

Illæ sunt legum in recta Re-publica enatarum partes, ut cives ad decoras actiones componant, quidve justum sit aut injustum solerter sanciant. Nec mores tantum fungunt superiorum statuta, sed & quæ contractuum civilis formam esse debeat, præscribunt, atque actus suâ naturâ indifferentes ad societatis emolumenta attemperant. Quin imò in extensis quoque suam exercent sàpè industriam, inani verborum apparatu, aut scrupulosa quadam observatione rem implicantes magis, quam evolentes, prout videlicet Legislatoris fert arbitrium atque voluntas. Abundè hujus rei exemplorum est in Jure Civile tam antiquiori quam novo, quæ exercitatisimi nonnunquam ingenium torquent valdè ac fatigant, & nisi expendantur probè, totum actum reddunt irritum, ut hinc eò majori cautione opus sit iis, qui præstantioris momenti negotium moliuntur: quanquam nonnullis minimè vertatur vitio, subtilitatum istarum labyrinthos ignorare, nec semper quicquam imputetur ei, qui forte intermisit id, ad quod observandum juris rigore tenebatur. Sane de bona fide cum agitur, non congruere de *APICIBVS JVRIS* disputare, gravissime scribit Vlpianus in L. XXIX. §. 4. mand. Et multa jure civili contra rationem disputandi pro utilitate communi recepta esse, affirmat Julianus, L. LI. in fin. ad L. Aquil. Ubi haud supervacaneâ operâ disceptatur, ecquid Vlpianus per *Juris Apices* intellectum vellet? Vulgo designat Apex, fastigium rei, & transfertur postea ad res incorporales, quas vocant, enunciandas, veluti à Cicero ne d. *Senect. Apex Senectutis* dicitur. In legibus nostris ad dignitates significandas usurpatur, quando Imp. Gratianus, Valentinianus & Theodos. in L. VII. C. Theod. Sublimem apicem Prefecture vocant, qui in L. ult. d. t. *Summum Prefecture fastigium appellatur*:

pellatur: nec non quando Honorius & Theodosius L. VII. C. Tb.
d. princip. agent. Proconsularis apicis dignitatis adjectione Prin-
cipes agentes in rebus decorari præcipiunt. Sic & cuilibet pot-
estati verbum hoc attribuitur L. VI. C. Tb. d. iis, qui admin. Magis
autem propriè accipitur ista vox de literis, quæ apice quodam
styli scriptorii efformabantur in ceratis, aut nonnunquam æ-
reis tabulis, cuius exemplum prostat, in L. VI. C. Tb. d. privil.
eor. qui in S. Palat. milit. ubi Constantinus Palatinos suos, qui ob
spectatum laborem otio donati erant, à tolerantia sordidorum
munerum eximit, illiusque formatæ legis apices æri imprimi man-
dat. Hinc ea dictio ad ipsa imperatoria rescripta extenditur,
quæ propterea divini apices dicuntur in L. II. C. Tb. d. Castrenſ.
& ſpecialiter adnotatiōnis expreſſe apices eliciti, in L. XXVI. C. Tb.
d. petition. Sic & Auguſti apices designant mandata Augusta in
L. VI. §. f. C. d. adv. div. judic. nec non ſacri apices, L. III. pr.
in f. C. ubi Senat. vel Clariss. L. IX. C. de erog. milit. annon. L. f. in
f. C. d. mancip. Quin & ad denotanda divini verbi scripta adhi-
betur in L. VII. C. Tb. d. Episc. Eccles. & Cler. ubi Lectores divino-
rum apicum & Hypodiaconi ad Curias devocari prohibentur. A-
lio tamen planè ſenu Apices juris ab Vlpiano accipi, res ipsa de-
monstrat. Nec enim nuda tantum legum verba hic indigitari,
aut tenue aliquod scripturæ punctum, ſed tenorem potius con-
ſtitutionis ſignificari conſtat. Sed & in hoc negotio Interpretes
in varias ſcinduntur opinioneſ. Gothofredus quippe ad d. L. XXIX.
n. 72. Apices juris nihil aliud eſſe dicit, quam ea, quæ in ſolâ juris
ſubtilitate poſita ſunt, quæque bona fides neglit, & de quibus
non diſputat: quòd & idem respicit in not. ad L. VIII. C. d. judic.
ubi Impp. præcipuum iuſtitiae æquitatisque quām juris ſtricti ra-
tionem eſſe debere inculcant. Hoc enim eſt perenne ICto-
rum præceptum & monitum: Nimiam legum ſubtilitatem
haud eſſe attendendam, L. XII. d. iuſt. testam. L. XXXIII. d.

exc. tut. ut hinc subtilem juris rationem humanitati opponere non dubitet Julianus, *L. XIII. pr. in f. d. lib. 5 postb.* & vulgatum enatum fuerit proverbium: *Summum jus, summa injuria.* *Tentent. in Heautont.* seu ut Columella loquitur: *Summum jus, summa crux.* Ast damnat interpretationem hanc Forner. *4. rer. quotid. 19.* omnesque falli dicit, qui de Apicibus juris ea putant esse, quæ de rebus arduis aut subtilibus sunt, cùm spinosa potius sit disputatio illa, quâ res ad vivum resecatur, majore summi juris, quâm æqui & boni habitâ ratione. Significari igitur ait id, quod est de rebus contemnendis ac levibus, de quibus contendere, homines solent pervicacis ingenii, cuiusmodi generis esse putat exceptiones procuratorias, quæ causam differunt magis quam perimunt; atque hinc quando in *d. L. XXIX.* JCtus scribit, non congruere de apicibus juris disputare, idem esse, ac non decere dilationes inanes & perfugia vana quererere ac consecutari anxiè. Quicquid tamen hujus sit, certe, si ad procuratoriam exceptionem, de quâ JCtus ibidem differit, illud revocandum sit, vix subsistere videtur hoc assertum: neque procuratoriam exceptionem opponere, res inanis aut temerarium litis dispendium dici potest. Ea namque prima & præcipua in omni negotio, quod cuiquam cum procuratore intercedit, cura esse debet, utrum is veri procuratoris partes habeat, indagare; si enim falso procuratori fidejussor exsolverit quicquam, nulla ipsi datur actio mandati adversus principalem debitorem, cùm istum non liberaverit, sed tantum facultas conceditur repetendi ab eo, cui persolverat. *L. XXVI. §. 5. mand.* Omnino igitur convenit bonæ etiam fidei, mandati testimonium deposcere ab eo, qui se procuratorem gerit, eumque, qui destitutus est hisce, nec non fidejussorem mandati agentem repellere ob id, quod omiserit exceptionem procuratoriam. Atque hinc rectius exceptio ista, de qua textus loquitur, restringenda erit ad eum casum, quo procurator quidem

dem verus præstò est, sed qui negatur esse idoneus, quod miles
fortè sit, aut fœmina, prout cum Pacio sentit Hillig. *ad Donell.*
lib. XIII. cap. 13. lit. G. Illud quippe foret de Apicibus juris disputa-
re, & quærere diffugium bonæ fidei contrarium, cùm nullum pla-
nè periculum sic metuendum sit debitori, nec imputandum ali-
quid fidejussori bonâ fide debitorem liberanti. Superest igitur, ut
Apices juris dicamus esse quidem subtilitates à jure inventas & ad
melius firmandas civium actiones introductas, adeoque quam
maximè observari debere, in primis si lex eosdem externo rigo-
re exposcit, & sic non levis esse momenti; attamen non eosdem
respici, quando ex omissione nullum præjudicium creatur alteri,
aut tale peragitur negotium, quod solà nititur æquitate, vel etiam
si personæ subsint, inter quas nulla juris stricti ratio haberi solet.
Extra istos casus, quin legibus satisfaciendum, & hinc Apices quo-
que Juris servandi sint, nemo est, qui ambigit. Nec in arbitrio
est partium, negligere aliquid ex his, quæ summâ licet subtilita-
te à jure sunt constituta. Exempla hujus rei quam plurima ex-
tant, nec opus est è longinquò illa accersere. Ipsum dominium,
istiusque acquirendi varii modi in nonnullis specimen aliquod
præbere possunt, prout idem constabit ex his, quæ clarissimus
Juriū Candidatus

CHRISTOPHORVS PASCHA, Coburgo Francus

in medium est prolatus lectione cursoriâ, cui dissertatiuncu-
lâ præsenti viam quasi pandere, insimulque de ejus natalibus &
vitâ hactenus exactâ quædam præfari jussus sum. Natus is est
seculi nostri ad finem vergentis anno M DC LXX. in Ducatu
Coburgici pago, cui *Lautera* nomen est, Parentibus optimis,
Genitore JACOBO PASCHA, Pastore ibidem perquam
reverendo, & Matre SVSANNA BARBARA, ex hone-

stissimâ Heroldianâ familiâ ortum trahente, matronâ in reli-
 quarum viduarum exemplum adhuc vivente, à quibus puer
 adhuc cùm recto de Deo sensu, tûm primis literarum elemen-
 tis sub privatorum præceptorum moderamine domi imbue-
 batur. Instructus sic in florentissimam Musarum Coburgen-
 sium officinam alegabatur, ibique duce potissimum ac auspice,
 Doctore Theologiæ celeberrimo JOANNE AVGUSTO
 STEMPELIO, tunc Gymnasi Directore meritissimo, jam ve-
 rò Ducatûs Superintendentे Generali, Consistorii Assessore &
 Professore primario maximè venerando, cuius paternum in se
 affectum & navatam incomparabilem operam maximis effert
 laudibus, ad sublimiores acroases academicas ita componeba-
 tur, ut & sub ejus præsidio argumentum quoddam theologicum
 cum plausu ventilaret. Neque verò aliorum ibi clarissimo-
 rum Professorum studia neglexit, sed non minori sedulitate
M. IOANNIS SCHVBARTI, nunc Directoris famigera-
 tissimi Logicas, **M. IOANNIS WOLFFINGII**, jam b. m.
 oratorias, & **M. IOANNIS SAVERBREI**, Archidiaconi
 plurimum reverendi, græcæque lingvæ Professoris optimè me-
 riti græcas scholas frequentavit. Et cùm Themidos studium
 jam certa animi destinatione affectaret, sub manuductione viro-
 rum nobilissimorum & consultissimorum, NICOLAI EI-
 NERTI, I. V. Lic. & nunc Cizensis Consiliarii gravissimi, nec
 non SEBASTIANI HVBNERI, Practici apud Cobur-
 genses felicissimi, prima Legum rudimenta præcipiebat. Labo-
 ribus hisce in Gymnasio perfunctus in Academiam nostram,
 quæ ubertate inexhaustâ tot præstantium ingeniorum nutrix
 est, se contulit, ad summum studii sui habitum omni ope eni-
 surus. Probè autem gnarus, absque Philosophiæ fundamento
 collabi protinus oportere, quicquid in arduâ legum scientiâ fue-
 ris molitus, penitiori paulò artium philosophicarum cognitio-
 ne

ne implere pectus suum allaboravit. Primum igitur lectiones metaphysicas nobilissimi ac consultissimi Viri, CHRISTOPHORI HARTVNGII, Philos. ac Iuris utriusque Doctoris attentè auscultavit, quò communissimos terminos, quorum usus per omnia reliquarum disciplinarum spatia sese diffundit, sibi redderet perspectos. Sed cum hīc non acquiesceret ingens Philosophiam descendī ardor, præeunte Excellentissimo viro IOANNE PAVLO HEBENSTREITIO, Mora- lium ac Politices Prof. ordinario celeberrimo, *Logicam*, *fratio- nis nostræ formaticem*, *Ethicamque juris naturalis interpretem*, avidè hausit. Sic & interpretante Boecleri *Politicalam* Viro no- bilissimo, Consultissimo & excellentissimo, GEORGIO SCHVBARTO, ICto, & Poëeos ac Eloquentiæ Prof. ordi- nario famigeratissimo, in totius vitæ civilis indolem inquisivit curiosit̄s, ac tot Rerum publicarum formas moderandi artem feliciter perdidicit. Tot munitus præsidiis, insuperque ope præ- cipuâ Excellentissimi ICti, Magnifici PETRI MULLERI, hucusque Antecesoris, Curiæque Provincialis, Scabinatus & Facultatis Iuridicæ Assessoris apud nos longè celeberrimi, nunc verò in Illustrissimorum Comitum Ruthenorum domo Can- cellarii, Consistorii Ecclesiastici Præsidis, & Gymnasii, quod Ge- ræ est, Inspectoris primarii designati, suffultus, ad juris fastigia audentior nitebatur: quippe Virum illum *Introductionem* *Schwederianam*, & in collegio alio feudalis juris præcepta e- volventem insigni cum fructu jugiter adsestatus est, subque e- jusdem præsilio *Exercitationem IX. Struvianam*, ac tribus vi- cibus *Examen Iuris feudalis Stryckianum* publicè propugna- vit. Adhibuit Præterea fidelem operam reliquorum etiam Ju- ris Professorum celeberrimorum, in primis GUILIELMI HIERONYMI BRUCKNERI, *Institutiones Imperatorias* tractantis, ut & ADRIANI BEIERI, usum fori in singu- lis

lis Institutionum titulis commonstrantis. Nec nihil excellen-
tissimo IOANNI GEORGIO SIMONI, Consiliario
hodiè Brandenburgico & Antecessori in urbe patriâ Halâ fa-
migeratissimo, tunc *Ius Naturæ* peculiariter tradenti, itemque
Consultissimo BERNHARDO FRISIO, I. V. D. & Prä-
fecto Ienensi ut & Consistorii Ducalis Assessori meritissimo,
per triennium omnes ferè juris partes explicanti se debere fas-
sus est. Laborum istorum fructum persentiscere cupiens, pe-
tituit nuper à nobis solitos honores academicos sibi conferri,
cumque ad solita admissus esset examina, inque illis scientiam
Iuris solidam universo Collegio nostro comprobaret, dignus o-
mninò fuit reputatus, cui cathedra etiam publica aperiretur,
quive inclyto Patrum & eruditorum confessui sisteretur so-
lenniter. Fiet idipsum craftini, post horam X. antemeridianam,
quando in Auditorio juridico explicatione & recitatione L.
XXXI. d. acqu. rer. dom. profectus suos demonstrabit uberius.
Vos, Magnifice Academiæ Rector, Patresque venerabiles, nec
non Doctores & reliqui cives, qui literis favetis, panegyrin
hanc honorificâ vestrâ præsentia condecorabis, & benevo-
lentiâ antehac in pari negotio toties totiesque manifesto indicio
proditâ, Candidati nostri studium benignè provehetis. Quod
non tantum pro vestro in nostrum Collegium affectu facietis,
sed & nos omni reciproco officio demerereri pro viribus anni-
temur. P. P. Ipsiſ Calendis Octobr. A. O. R.

M. DC. XCIII.






Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-372987-p0017-0

DFG



Jena, Diss., 1693 M/2

ULB Halle

003 793 648

3



P


86.

VD 17



Farbkarte #13

B.I.G.



CHRISTIANI VVILDVOGELII, IC.

CONSILIARII SAXO - VINAR. AVLICI,

ACADEMIA IENENSI ANTECESSORIS,

COLLEGII IVRIDICI DECANI

DE

1693, 35

CIBVS IVRIS

ad L. XXIX. §. 4. Mandat.

PROGRAMMA IN AVGVRALE

PVBL.

L. OCT. AN. M DC XCIII.



Litteris NISIANIS.

15

22